Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1951

61 - Freiburg 1288 Oktober 31: Nachdem Ludwig Ederli, Bürger zu Freiburg, auf den Zehnten im Bann Schlatt, den er von dem Ritter Otto von Staufen zu Lehen gehabt, verzichtet und dieser sein Recht an ...

urn:nbn:de:bsz:31-70566

Visual Library

61 *Freiburg 1288 Oktober 31*

Nachdem Ludwig Ederli, Bürger zu Freiburg, auf den Zehnten im Bann Schlatt, den er von dem Ritter Otto von Staufen zu Lehen gehabt, verzichtet und dieser sein Recht an dem Zehnten dem Freiburger Johanniterhaus übertragen hat, verspricht Rudolf von Staufen, Komtur dieses Hauses, den Ertrag aus dem Zehnten Ludwig Ederli und seiner Frau Elisabeth zeitlebens zu geben und nach ihrem Tode ihre Jahrzeiten zu begehen.

Or. Karlsruhe GLA.: 20/51 (Johanniterarchive). Siegel (stark besch.) an durch zwei Schnitte gezogenen Perg.-Streifen: 1. wie an n. 46 (3); 2. schildförmig (c. 35/28). Die 3 staufischen Kelche. . . . RIS · RVD[OLFI] · DЄ · STO . . .; *3. fehlt (Spuren).*

Geschrieben von derselben Hand wie n. 60 (s. die dortige Vorbemerkung). Die Siegel sind flacher als gewöhnlich (vgl. n. 42 u. 46), was auf Herstellung dieser flachen Siegel durch die Johanniter schließen läßt.

Zur Provenienz: Die Urkunde wird aus dem Archiv des Freiburger Johanniterhauses stammen. Der einzige Rückvermerk (16. Jh.), der zudem den Namen Eßly *statt* Ederli *aufweist, läßt auf mangelhaftes Archivwesen im Freiburger Johanniterhaus schließen. Bei Krieger TW. 2, 847 ist irrtümlich das Kloster Günterstal als Quelle genannt.*

Ad perpetuam rei memoriam noverint presentium inspectores, quod, cum Luduvicus dictus Ederli civis Friburgensis in Brisgaudia decimam sitam in banno ville Slâtte vel alibi tenuerit in feodum a domino Ottone de Stôiphen milite, idem civis predictam decimam in manus predicti domini Ottonis, cuius vasallus fuit, libere resignavit. Predictus vero dominus Otto michi fratri Růdolfo de Stôiphen conmendatori domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani in Friburg ob reverenciam dei et dilectionem fraternam, quam ad me habuit, necnon ordini nostro omne ius sive directum dominium, quod in eadem decima habuit, contulit et in vacuam et nudam possessionem misit. Postmodum vero habito consensu fratrum predicte domus Vriburg sepefato Luduvico et Elizabeth uxori sue legittime promisimus et promittimus per presentes fructus prenominate decime, quos percipere possumus, sine dispendio nostro ipsis singulis annis, quos advixerint, presentandos et, postquam decesserint, anniversaria ipsorum nos promittimus[1] peragenda et in diebus anniversariorum fratres laucius et honestius in remedium animarum ipsorum procurandos. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo fratris Gotfridi de Stôiphen conmendatoris in Nouocastro ac vices gerentis magistri in Alemannia necnon meo sigillo cum sigillo ipsius domus duximus sigillandas. Datum in Vriburch anno domini M°CC°LXXXVIII° in vigilia omnium sanctorum.

61 [1] *Dieses Versprechen setzt die in dieser Urkunde nicht eigens erwähnte Schenkung des Zehnten durch Ludwig Ederli voraus.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg